FULDA LB Hs. Aa 24

Q̄m̄ iustus ex fide uiuit. Quicquid autem nobis adhuc repugnat & resis
tit de mortalitate carnis ē. & hoc sanabit. Uiuificabit enim inquit
& mortalia corpora u̅r̅a̅ per habitantem sp̅m̅ ei in uobis. Adhoc pignus
dedit. ut compleat quod promisit. Quid ergo nunc in hac uita quando
adhuc confessores sumus. nondum possessores. Quid in hac uita quid fiet
Quomodo durabit. Sanat contritos corde; sed perfecta sanitas tunc erit
quando diximus; nunc ergo quid. Alligat contritiones eorum. Quae sint
alligam̄ta contritionum. sicut medici alligant fracturas. Aliquando
enim intellegat & hoc caritas u̅r̅a̅. & notum est eis. qui ann̄ uiderint
uel a medicis audier̄. Aliquando praue & distorte firmata ut corri
gant medici frangunt & faciunt uulnus nouum. quia mala erat
sanitas praua. Si ergo recte sunt inquit scriptura uiae d̅n̅i̅. sed pra
ui cordis in illis scandalizabit. Quid est praui cordis. torti cor
dis, tortum cor habens. Putat tortū ēē omnia quae edicuntur
a d̄o. Putat prauū ēē omnia quae fecit d̄s. & displicent illi omnia iudicia
d̄i. Maximeque in quibus ipse corrigit. & sedet & disputat quam ma
le faciat d̄s. quia non pro eius uoluntate facit, distortum cor. Parum est quod
non se corrigit ad d̄m̄. & d̄m̄ uult distorquere ad se. Quid ergo ei dicit
desuper d̄s. tortus es. aequus sum; si tu rectus esses. sentires aequitatem
meam. Quemammodum si in pauimento aequali poneres distortum lignū
n̄ colloca̅r̅&̅. Undiq; nutar&. undiq; agitar&. Quod non loci inaequali
tas. sed distortio ligni facit. Sic ait scriptura. Quam bonus d̄s ist
rectis corde. Quid ergo totum ē cor. Quomodo dirigit. & tortum est
& durum, Iam ergo totum & durum frangat. & conterat.
& dirigat. Tu dirigere cor tuum non potes, Tu frange. ille dirigat.
Quomodo tu frangis. Quomodo tu conteris. Confitendo. p(un)iendo peccata
tua. Quid aliud significat peccatorum tunsio. nisi forte putamus ossa
n̅r̅a̅ aliquid peccasse. cum cedimus pectus. sed significamus nos cor conte
rere. ut ad n̄s dirigat. Sanat ergo contritos corde. & con
tritum cor habentes. et sanitas ipsius cordis tunc erit per
fecta. Cum & corporis reparatio implebit. quae promissa ē.
Nunc interea quid facit medicus. alligat contritiones tuas. ut possis
peruenire ad plenissimam sanitatem. donec consolid& quod fractū ē.
quod alligatum est,. Quae sunt ista alligam̄ta temporalia
sacram̄ta. Alligam̄ta medicinalia sunt contritiones n̅r̅a̅e, Sacra
m̄ta interim temporalia quibus habemus consolationem. & ista om
nia quae eloquimur uobis ipsa quae sonant & transeunt. quicquid
in ecclesia gerit temporalit̄ alligam̄ta sunt contritionum; Quemammo

Marginal note: q curat inquit c̄tritos corde. quo(modo) pfecta sanitas in resurrectione iustoꝝ erit. alligat in c̄tritiones eorum.

311 ✓